



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

§.3. In Serie Trevirensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

§. 3.

## IN SERIE REVIRENSI.

Pag. 654. D. Nicetius Archiepiscopus muneri suo sese accingens, humeris suis gravissimum onus modo penitus insolito sensit imponi, quod tamen continuò secutus est cœlestis odor; unde confessus est idem, gravissimum equidem sibi fore Archipræsulis munus, nunquam tamen defuturum sibi hocce in munere solatium cœleste.

Idem à sceleratis Sede sua expulsus vates prædixit diem restitutionis suæ. Alia multa nuntiavit, quæ eventus comprobavit.

Pag. 658. Magnericus Archiepiscopus & Gregorius Turonensis Episcopus Reliquiis S. Martini servati sunt à naufragio.

Pag. 662. Normannis Treviros vastantibus, inter miracula alia D. Paulini Archiepiscopi cadaver sarcophago inclusum, atque in aere pendulum, ruscissis etiam ab hoste catenis, pendere non cessavit.

Pag. 666. Poppo Elector, Austriæ Marchio adversùs venenum ab inimicis porrectum servatur; sceleris verò consciï intra unius anni spatium moriuntur omnes justo Dei judicio.

§. 4.

## IN SERIE COLONIENSI

Describitur ab Hübnero D. Maternus bis mortuus, bis redivivus pag. 765.

Pag. 776. S. Severinus S. Martini Turonensium Episcopi animam ab Angelis in cœlum portari cœlestes inter hymnos audiuit. Idem Viro Solitario virtutibus clarissimis instructo est à Superis præhabitus Dei nuntio teste.

Pag. 785. Gero creatus Archipræsul, ne diutiùs adversarium experiretur Ottonem I. Imperatorem, Deus Angelum misit monitorem & correctorem Ottoni severum.

E e

Pag.